



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Precandi studium. 171

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

defierent, cælo fretus, in speratō
omnia suppetere vidit. 170 Lin-
guæ non vim maiorem, quàm
moderationem ostendit. Et in a-
liis diiudicandis, aduigilabat
gnauiter, ne quem damnaret; ne-
ue de vitiis, etsi palam peruulga-
tis, aut loqueretur temere, aut
loquantibus auscultaret. Nam
prudenti quadam digressionē, ab
iis sermonibus diuertebat, qui
obtrectare vel vilissimorum fa-
mam videbantur. Hæc taliaque
IGNATIVM plurima commenda-
bant, quæ in aliis etiam singula
admirationem habuissent. Cete-
rum in studio precandi, necesse
habeo morari: quippe in ea vir-
tute, qua princeps quædã DEVM
inter atque hominem necessitu-
do coitur; & qua vna pleraq; cæli
dona in mortales corriuantur.

171 Inundari se deliciis inter
preces cum dissimulare non pos-
set

set IGNATIVS: modestè id sibi donum dictitabat concessum, miseris suis leuandis; velut, quem anni morbiq̄ue ad cetera fractum adepti solis precibus idoneum reliquerint. Sacris inauguratus, cum stas Ecclesiæ preces diceret, vberrimis lacrimarum gaudiis captus, ad verba pænè singula consistere, atque ex interuallo interiuungere cogebatur. 17 Et oq̄; lacrimã di vsu iacturã pænè oculorum fecit. Sed pluris tamen cẽsuit, delicias cælestes retinere, q̄ oculorum cõmodis parcere. Donec medicorum cõsilio, ne valetudinem planè pessum daret, obtinuit à Numine ius in lacrimas cū laxã das, tum coercẽdas; nullo dispẽdio suauitatis. Quoties grauius rei momẽtum suberat, nunquã est solitus decernere, quibusuis rationibus duceretur; nisi de summa re ad Deũ prius retulisset.